



Tota Litvania dividitur in 9 Palatinatus, qui secundum dignitatem hunc sequuntur ordinem. 1. Wilnensis, ad quem pertinent Districtus Usmanensis, Licenensis, Wilkomirensis, Braslawensis, 2. Trocensis, ad quem pertinent Districtus Kormiensis, Grodenensis, Upiensis, 3. Polocensis, ad quem nullus nunc pertinet Districtus, 4. Nouogrodenensis, ad quem pertinent Districtus Slonimensis, Wolkomirensis, 5. Witepsensis, ad quem pertinet Districtus Orscensis, 6. Brelicianensis, quo pertinet Districtus Pinscensis, 7. Mielawienensis, 8. Mincensis, ad quem pertinent Districtus Rzeszczyssensis, Mozyrensis et Terra Rohaczowensis, 9. Livonicus, qui etiam Wendensis appellatur. In Litvania duo reperiuntur Principatus, nempe Curonius, qui propriam habet Principem, Samogitia (Polonia Zmuydz) habet Starostam vel Capitaneum, qui locum in Senatu possidet, ut et Castellaneum, quibus liberam est Comitiola territoria insituere. Sicut etiam in Litvania alia Principatus, qui a peculiaribus reguntur Principibus, ut Slucensis, Nieswiecensis, Dubyniensis, Klocensis, Kopyssensis, Bironiensis, et caetera. Episcopatus Latinae Ecclesiae sunt quinque Wilnensis, Luceonensis, Smucentis vel Samogitia, Livonicus, et Smolescentis, Graeci ritus sunt Polocensis, curus Metropoli simul Episcopus est Witepsensis et Mielawienensis. Episcopatus Luceonensis sub Exarcho totius Russiae, Brelicianensis sub Episcopo Modonensi, Mincensis sub Metropolitanato totius Russiae, et Metropolitanatus Smolescentis, quoniam et integro, sed ultra fines Lituanie extenditur.

MAGN. DVCATVS
LITVANIAE
in fvos PALATINATVS
et DISTRICTVS DIVISVS.
delinatus a Rever. Patre Ioanne
Nieprecki Soc. Jesu. simulque
exactiore locorum positione
quantum fieri potuit correctus
a Tobia Majero.
Norimbergae
Impensis Homannianorum Heredum,
1749.

Tab. K. 03765
De Scalis
Scientiam in Litvania non esse ubi eadem miliarium
mensuram, alicubi enim tanta est ut Germanicam miliarie si-
peret, contra vero in aliis regionibus ita coarctata, ut vice
medietatem ejusdem excedat. Interea duplicem tantum mili-
arum quantitatem, seu communissimam adhibere opera pretii
visum est.
Milliaria German. com. et Litvanica majora
Milliaria Litvanica minora